


der dritten und vierten im vierten der singt ist singt am nächsten auf
die vier und achtzehn sind Themenproposita Fertigung und Erhaltung
der Art von welcher Durchdringung und Präsentation des offenen Stuhlen so in
den Leiblichen Instrumenten durch den Leiblichen Berandum Berandum von Ferselen
entweder so wie weniger erregend und Leidenschaftlich von dem Gedachten ge-
wendet und verachtet und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.
wohle und wohle wie das vom Leid der Seien wahr gesetzt Erkennt
er auch offenen Leid Leid gewinnt als wehend
und Leidhaft ein veracht und hat seine gral so es soll und kann nicht.





32
34

DISSERTATIO POLITICA
De
BELLO & PACE,

Quam

Sub gratiosissimis Domini
DEI Zebaoth auspiciis,

*Consentiente & approbante Amplissimo
Philosophico Senatu,*

In illustri Salana

Publicè discutiendam exhibent

M. JOHAN CHRISTO-
PHORUS SELD Hilperh. Franc.

Et

PHILIPPUS JACOBUS HEUSTREW
Martisb. Misn.

IN AUDITORIO PHILOSOPHICO.

Die Aprilis.



TYPIS STEINMANNIANIS,

QUEM QUITA M. D C. XXXVII.



V I R O
Eruditâ virtute & virtuosâ autoritate
præstantissimo

DN. A M B R O S I O

B O R G T C R E N /

Regius
Curiæ Provincialis, quæ Martisburgi est, Se-
cretario dignissimo;

Nec non—

Præstantissimo atque eximio

DN. M. VALENTINO HEUSTREW,
Rectori Scholæ ejusdem dignissimo;

ut &

V I R I S

Reverendis, humanissimis, doctissimis,

DN. ALBINO B V X B A U M E N /
Ecclesiæ Cathedralis Diacono;

Item:

DN. CHRISTIANO BREVERO,
Ecclesiæ oppidanæ SubDiacono,
VIGILANTISSIMIS, FIDELISSIMIS.

Dn. Promotoribus & fautoribus, Propatri, Pa-
tri, ac Affinibus suis, nullo non observantia cultu
ævternum prosequendis.

Hoc exercitium Politicum in debita grati-
tudinis ac observantiae signum
offert

R E S P O N D E N S .



NTER alias causas externas Rempublic. corruptentes, non minimum locum etiam occupat bellum Externum. Licet autem illud per se prorsus non sit damnabile, sed divinitus potius concessum, immo præceptum, obvium ramen est, nil nisi destructiones & confusiones hinc exoriri. Ad arma enim si deveniatur, sensim omnis incipit frigescere pietas, LL. silent, Magistratum vilescit autoritas, jacet virtus, impunè facere ferè licet, quicquid lubet, dissipantur cœtus docentium & dissentientium, non minus quam summo apes. In solitudinem omnia rediguntur, ut verè & sapienter Ennius apud Cic.lib.7.epist.jam dixerit: judicia non esse possunt pace sublatâ. Hoc considerantes, paucula quæda generaliora de hac materia in medium proferemus ac eruemus, præeuntibus Scholasticis in 3 sent. Summis, præsertim Cajetano, Sylvistro, voce bellum: Scriptoribus rei bellicæ & veteribus, potissimum Vegetio, qui ex commentariis Catonis, Celsi, Trajani, Adriani & Frontini lib. quatuor complexus est Epitomen Institutorum rei militaris, Julio Frontino, qui libros quatuor Strategmatikæ scripsit, & aliis, itemq; recentioribus, Wilhelmo Ballati: Jacobo Comite à Purlilien; Leonhardo Fronspergio: Svendio: Lipsio: Eocero: Reusnero; quibus adde Scriptores Politicos Tolosanum, Althusium, Junium, Cl. Besoldum, Cuncum, Schönborn, Cl. Heiderum. Sequitur itaque

ARTICULUS I.
Continens bellum notationem & definitionem.

Natales autem suos debet Bellum t. apud Latinos non tam s. i. in bello, ut dictum videatur quasi minimè bellum, quod Etymon multis ab blanditur; nec tam à bellua, quod belluarum sit in mutuum savire exitium, ceu sibi persuadet Festus & Bocherus l.i.de bello c.3. n.2. cit. Schönbl.lib.6. Polit.c.1. Nec tam quod rei bellæ causa suscipiatur, utpote quæ singula allusiones & inveniuntur; non vero nativæ notationis genium emulantur,



quam à duello: quippe licet multi sint milites; duæ tamen partes sunt, & inter duos tantum primum bellum fuit, inquit illustris militiae literariæ dux Scaliger in lib. 3. Poët. c. XC.

2. Apud Græcos, τὸν πόλεαν vertere, unde πόλεμον non tam quod plura evertat, quam excitet, utpote quæ notatio fundamentalis nimis remotè arcessit ab effectu per accidens petitum, quam quod varias experiatur vicissitudines, ad quas alludit Seneca, Theban. apud Lips. lib. 5. Pol. c. 5. Licet omne tecum robur Gracie feras: Licet arma longè miles ac latè explicet. Fortuna belli semper accipi in loco est.

3. Apud Ebreos, radici vel לִבָּם quæ significat vesoi, edere, pugnare. Nam & gladius, inquit Mercerus, devorat hominum corpora. Est ergo cedere tam ore & dentibus, quam gladio ore gladii, ut loquuntur Ebrei, quod est pugnare Bell. ut notat Mercerus in Thes. Pagn. hinc derivatum לִבָּם. Et enim nomen, inquit R. David in Lib. Rad. citantib. Mercero & Cornelio Bertramo, quod videtur esse formæ וְלִבָּם et si per Seghol scribatur, nisi malis esse formæ בְּלִבָּם & secundum aliam formam מְלִחָמָה vel rad. קָרְבָּה Chal. קָרְבָּה appropinqui, accedere, hinc derivatum קָרְבָּה bellum, prælium apud Pagn. in Thesauro.

§. 2. Definitur ab Althus. c. 19. Pol. Actio hostilis ad injuriam propulsandam, vel vindicandam à Magistratu vi armis, contra hostes pacis retinende, vel consequendæ causa legitimè suscepta & administrata. Quæ definitio præ cæteris, quales à scriptoribus passim circumferri solent, videtur sustinere posse examen juxta regulas bona definitionis ex Arist. 6. Top. ut & 4. & 7. ll. cc.

§. 3. Intelligitur vero Bellum (quod ex parte definitionis notatum erat) non in singulari & concretivè sumptum habitâ ratione ad circumstantias, & appendices, quas vocant, individuales personarum, loci, temporis, & causarum: quia hoc argumentum esset non considerationis Philosophicæ, sed Historicæ; sic Josephus Judaicum & singularium ferè ætatum scriptores sui præteritive temporis gesta descripsérunt, uti fusissime ostendi posset ex catalogo Historicorum, tum antiquorum, tum recentiorum, Græcorum & Latinorum, quo in genere & nomine & mente nostro tempore augustus censemur fac. Aug. Thuanus, qui tantum abest, ut



ut cum Baronio ob varium, quem in suo opere Annalium induit habitum, vere Protheo narrationes utilitati accommodaverit, quin potius facile etiam cum suorum ignominia Historici fidi officium tueri non erubuerit: sed in *communi* & *abstractive*, praescindendo scilicet à determinatione individualium istarum circumstantiarum.

Genus constituitur *Actio*, utpote communis hostili & non hostili tanquam specie differentibus; adeoque utraque *lato*;
quale genus exigit Philos. i. Top. c. 1. §. 9. utpote continens species, at non vicissim contentum sub ipsis; *prius*, quale innuit. c. XI. categ. §. 3. Reliqua, quæ adducuntur, absolvunt naturam differentiæ non sive ordine & gradu, desumpta ab omnibus causarum generibus, *Externis* & *Internis*.

§. 4.

Externarum causarum & hoc in genere potissima & prima est *Finis* sive principium, quod mediæ actione ut manante ab objecto alliciente & trahente ad se agens, producit effectum; isq; pro duplice habitudine duplex: *Proximus* & *immediatus*, qui indigitatur per ista verba: *ad injuriam propulsandam* & *vindicandam*. Hisce ut & per seqq; excluditur bellum *illegitimum*, utpote belli, non nisi nomen, quæ est æquivocorum conditio, commune sortitum, & alias distingui solet in *Præsumtuosum*, quod à subditis suscipitur adversus Magistratum: *Temerarium*, quod contra autoritatem juris suscipitur; *Voluntarium*, quod sine ultra data legitima causa alicui infertur; item quod suscipitur ob *occultas*, quas ita vocare placuit Schönb. c. 4. *causas* scilicet, i. ob *ambitionem* & *superbiæ*. Hæc Carolum V. & Franciscum Gallie Regem Christianum commisit apud Schleid. Hujus exempla suppeditat Zvinger. in theat. lib. 3. volum. 20. 2. Ob *pleonexiam*, quæ quasi seges est & materia perpetuorum bellorum. Hanc intemperiem nunc quidem temporis Turcatum & Hispanorum & omnium ferè gentilium, quibus res in bellis gerendis secundæ sunt, animos agitare videmus, inquit Cl. Heiderus c. 5. de bello & pace. Confer Thuanum in suo opere pafsim. Hoc fine Semiramis arma movit in Stauropardem Indorum Regem. Sennacherib Assyrius in Ezechiam Regem Judæ. Crassus in Parthos. Cyrus in Massagetas. Xerxes in Græcos. Annibal in Romanos. Conf. Schönb. l.c. 2. Ob *irram* & *odium*. Hæc adversus orthodoxos, Pontificios per plures annos

§. 5.

A 3

anima-



animavit. Hęc Carolum V. aduersus Protestantes irritavit: hęc lanięas civiles in Gallia excitavit: Hanc Belgas & Hispanos reciprocā in pernicie armare videmus. Conf. Heider.l.c. Thuanum passim, 4. Ob metum periculorum, maximē verō pœnarum. Ita nobiles Rhodiorum societatem contra plebem iniverunt mentu judiciorum, quę ipſis parabantur, vid. Cl. Heid.l.c. 5. Ob causas speciales, quales sunt res uxoria &c. vid. Theat. Zuing. lib.3. vol.20.

§.6.

Includitur verō ulteriū per istam injuriaē depulsionem 1. defensio tum propria, quā quis vim à se suisque arcit; tum aliena, quā à sociis, quibus cum societas & auxilii pacta, de qua Aristoteles Rhethor. ad Alexand. Δει τας ἀδικημάτων τοις εἰσταν πολεμεῖν, ή τοις εἰνεξεταῖς ἐν ταῖς αἰχματικαῖς λαβεῖν. & ab oppressis, quos, inquit Lipsi. s.c. 4. si graviter aliqua vis aut extrema Tyrannis urget, vindetur cogere te commune societatis vinculum, ut adjutes; Qui enim, pergit ulteriū ē Cic. i.de offic. non defendit, nec obſtitit, si potest, injurię, tam est in vitio, quam si parentes aut patriam, aut socios deserat: & ex Ambros. de offic. Fortitudo, quæ per bellum tuetur à barbaris patriam, vel defendit infirmos, vel à latronibus socios, plena justitia est. Et hęc de fine immediato & proximo. 2. Invasion, qua injuria vindicatur & jure gentium res raptae repetuntur non absque clarigatione facta, sed eadē prævia. ||

§.7.

Mediatuſ & Remotuſ; ad quem immediatus dirigitur & tendit, est pacis conservatio, vel perdite recuperatio. Ab hac enim ulti-
pote fine, quicquid in bello mensurę amabilitatis & bonitatis
est, originaliter resultat & emanat. Hinc Cic. i.de offic. Ita bellum
fuscipliatur, ut nihil aliud, quam pax quæſita videatur.

§.8.

Causa externa altera indigitatur in definitione, eaq; Effi-
cienſ principalis & instrumentalis. Illa est Magistratus, qui instru-
ctus præsumitur ter gemino potissimum apparatu: Pecunia legiti-
mo modo vel acquisita, vel acquirenda in usum præsidiorum
& militum paranda. 2. Commeatu, cuius defectu exercitus splen-
didissimi consumti sunt. Vid. Zving. in Theat. vol.18. 3. Armis, quo-
rum genera lustrari possunt apud rerum bellicarum scriptores,
& similes in primis Gelli lib.10.c.25. Veget.lib.7.c.25. & libr. 4. c.13. &
seqq. usque ad 23. Vitruvium lib.10. c.19. Jun.p.2.qq. Polit.p.74. Rosin.lib.
10. antiqu.Rom c.10. Sicut verō hic Magistratus nomine venit, quod
imperantium titulo apud Politicos in capite de summa potestate &
juri-



*juri*ibus Majestatis, non scilicet quivis, sed qui propriam potestatem
sine superiori possidet, quæ nec soli Regi attribuenda est cum Tolos.
lib.9.de Rep.c.1. sed cuius Reipub. perfectæ, adeò ut peccatit Dux Ve-
netorum Conradus Badvariūs, quod à Conrado Imperatore jus signan-
dæ monetæ accepit apud Volater. Item Sebastianus Ceanus, qui
ornamentis regiis se induit à Barbarossa & Alexandro III. Papæ *pax, fuit*
Contar.lib.2.de Rep.Venet. quasi Resp. & hæc & alia jura Majesta-
tis suâ authoritate usurpare non potuerit; ita jus tractandorum
armorum consistens non tantum in cura armamentarii publici,
sed & in potestate disponendi & statuendi de indicendo ducen-
doq; bello non ad solū Regem, sed quamvis Rempub. perfectam
& ad regalia ejus pertinere, communii Politicorū suffragio cen-
semus. Vid. Aris.Pol.c.XI.de summa potestate & alios plures de *juri*
bis Majestatis agentes. Hinc excluditur è definitione Bellum Civile,
qui Lipf.6. Pol.c.1. definit per arma subditorum in principem mota
aut intras, de quo non tam gerendo, quam cavendo, uti sapien-
ti Principi cogitandum, ita homini politico differendum.

Instrumentalis indigitatur voce administrata. Administrari
autem videmus per instrumenta vel mediate, vel immediate. Me-
diatè & remotius per Exercitum. Immediate per instrumenta bellica.
Exercitus ad analogiam corporis integralis agnoscit caput &
membra. Capitū munere defunguntur Duces belli, in quo dum re-
quiritur probitas morum, reliquæ probitatis species, quanquam non
pari prioritatis gradu includuntur, non tantum quia est imago
Majestatis, sed & quia moribus debet esse conspicuus, quia da-
tur imitandus, ut infert Cassiod.lib.4. Ep.3. aut Cic.d.LL. Magistra-
tuum ordo vitio careto, ceteris specimen esto. Nec enim quæ de Ma-
gistratu in genere dicuntur, ab eo in specie abludere posse existi-
mandum. Vid. Aris.c.14. Schönb.lib.6.c.11. per rot. Lips.lib.5.c.15. &
alios cap. de officiis Reramp.in genere. Huic virtuti debet intimè
conjuncta esse scientia & prudentia, quæ posterior pro du-
plici objecto illustriori duplice modo illustrior evadit. 1. Erga
milites conscribendos: habito respectu ad circumstantiam mo-
di, loci, quæ occasione ipsa experientia nos edocuit septentriona-
les, utpote à solis ardore remotiores, ad bella ceteris longe
promtiores: qualitates sive mores; erga eosdem lustrandos, reci-
piendos & auctorandos, distinguendos, ratione status & officio-

§.9.

RUM,



rum, distribuendos in certos ordines secundum consuetudinem
vel priscam, Romano more in *manipulos*, & quæ inde enascebantur
cohortes: & quæ ex hisce decem conflabantur legiones. Vid.
Gell. lib. 13. c. 4. Lips. lib. 2. de milit. Rom. Dial. 3. vel *novam*, in regimen
• • Equitum, quod se catur in cohortes & turmas, quæ pro arbitrio
ducis & praefectorum modò plures, modò pauciores continent
Equites; Peditum, quod dividitur in cohortes & contubernia;

La Vallo: Rei armamentariae, cuius distinctio vicissim dependet ab arbitrio
ducis. 2. Erga hostes æstimandos, quo pertinet castrorum loca-
tio, Exercitus ductio, excubiarum constitutio; obsessione pre-
mendos: quo referri solent prælii & antecedentia, v.g. instru-
ctio, aciei allocutio; ipsum prælium; & consequentia, v. g. cu-
ra vulnerorum cærorum sive cadaverum.

§. 10. Miltes ducem seu membra caput suspiciunt & venerantur,
imò imitari tenentur in exprimendis virtutum lineamentis: uti
verò præ cæteris virtutum moralium speciebus instructi præ-
sumuntur fortitudine, temperantiâ, modestiâ: ita à luxu
tum cibo potuque, tum in vestitu, tum in Venere, à temeri-
tate, & ab omni, quodcunq; ineptos eos relinquere posset, vitio
alieni putandi; vid. Schönb. lib. 6. c. 22. & seqq. Lips. lib. 5. c. 13.

§. 11. *In*strumenta bellica. denotantur voce armi. Arma autem in-
genere dicuntur omnia, quibus noceri potest. Et sunt vel dudu-
lia, seu portatilia, v.g. gladius, de quo si qua Philologica que-
dam observanda vid. apud Lips. lib. 3. de Milit. Rom. Dial. 3. Machæra,
scutum, quò pertinent Galeæ Loriceæ, vel vestilia, scil. tormenta,
sive machinæ fulminales graviores. Harum inventionem in spe-
cie bombardarum, Chronologi rejiciunt in annum Christi 1380.
Bucholz. sub imperium Wenceslai Bucholz. Func. Lips. in lib. 6. Polit. Vege-
tius lib. 4. de re milit. 13. & seq.

§. 12. Et hæc de causis, è quibus definitio conflata est. Circa Divi-
sionem non est, cur immoremur, vel enim peteretur ab iis, quæ
sunt bello essentialia, & sic innoscere posset è definitione, vel
peti solet ab accidentalibus circumstantiis, vid. loci; cuius respe-
ctu est vel terrestre, vel navale &c. quales pro varietate earum
dem possent esse variaz, præterquam quod Thalmudici bella, quæ
à sacro populo fuere gesta, duplicitis generis instituunt, alia-
מִלְחָמָה ita dicta, quæ jussu Numinis legisque suscepta sunt;
alia



alia פָּלָחָמוֹת וְרִשְׁוֹתָן ita dicta, quæ pro imperio & ad am-
pliandam Rempubl. gessere. Vid. Petr. Cuneum lib. 2. de Rep. Ebr. c. 20.

ARRICULUS II.

Exhibens controversias circa singulas
causas occurrentes.

QUESTIO GENERALIS.

In scholis an de bello differendum? A.

R Eperiuntur nonnulli & maximè quidem milites illiterati, qui stomachantur homines de schola de rebus bellicis verba facere non veteri. Tunc hæc audebis homo umbratice, inquiunt, qui serio nunquam hostem, nunquam castra videris, nunquam denique partem ullius bellici muneris attigeris. Cic. 2. de orat. Nihilominus tamen affirmativa assurgere censentur, quotquot suprà Autores ex professo de bello scripsisse notati sunt. Meritò equidem culparentur Scholastici, si ex suo granario ea, quæ de bellis monenda, procuderent. At verò cum, quicquid hujus rei afferunt, non è suo, sed è penualio vid. Philosophorum, Politicorum & maximè Historicorum promanant, quis hanc diligentiam & Reipub. juvandæ conatum improbare jure poterit? Nam quid sapientes inclitosq; illos viros fugit? cur non hic quoque rectum eorum & purum judicium? qui partim ipsi interfuerunt, imò & præfuerunt bellis: partim in Senatu & populo illo versati sunt, ubi assidua materies & agitatio harum rerum. Viderunt igitur, audierunt, &c. quod caput est, cù judicio observarunt causas ipsas, originesq; rerum, nec ægopætæ solùm eventuum, sed omnia ipsa. Historici certè ab omni penè ævo bella continuatâ serie & intermeratâ fide scripserunt: nec id tantum, sed sàpè in ipsa narratio- ne, aut extra eam in concionibus velut data opera saluberrima monita & consilia miscuerunt ad omnem rem militarem. Et sic superbia & stultitia erit scholasticis de re militari differentibus aures aperire non velle. Lips. lib. 5. & 6. Polit.

Q. I. An Christianis pro libertate Ecclesia saluteq; patriæ,
bellum gerendum? A.

Licet alias hominis Christiani mores ad lenitatem huma-
nitatemque, non ad truculentiam debeat esse compositi, atta-
men non aberraverit, si & ipsius Dei mandatis obtemperaverit,

B

expres-

Circa finē
quest. I.



expressè præcipientis audaciæ improborum resistere, & injuriam crudelitatem à templis, tectis ac mœnibus, à vita fortunisque civium arcere, & inimicos bonorum, hostes patriæ, & Ecclesiæ pestes profligare. Exod. 14. Jos. 1. v. 2. & 8. v. 1. 1. Sam. 23. v. 4. 2. Sam. 5. v. 19. Imò æternus ille rerum conditor à militia cognomen Dei Zebaoth, id est, exercituum hauisit. Ipse quoque leges tulit de bellis gerendis & suscipiendis, Num. 10. & 31. Deuter. 13. 20. 31. Jos. 5. Jud. 1. Sam. 15. pios Principes porrò instruit bellicis artibus, prudentiâ, virtute, autoritate & felicitate, Psal. 18. & 144. Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium & digitos meos ad bellum. Quoties & quām acriter Ista èlitæ pro libertate saluteq; Ecclesiæ & Politiaæ suæ dimicarunt? quām difficia & ardua bella sàpè gesserunt Christiani Imperatores & Principes, ut hostes Ecclesiæ & Reipublicæ Christianæ repellerent! quām pia & laudabilis fortissimi virtù vox Joabii ad Abisai 2. Reg. 10. Esto fortis & pugnemus pro populo nostro & civitate Dei nostri: quām pulchrum est omniumq; Principum amore imitatione q; dignum illud Neapolitanii Regis Alphonsi symbolum: Pro lege & pro grege: quām verò honesta apud Homerum oratio Hectoris, qui non minus solicitum se esse atq; dimicare ait pro salute Trojanorum, quam avis suorum pullorum implumum curam sustinet. A natura hoc etiam est insitum mentibus nostris, vim ut injustam à nobis nostrisq; depellamus, si possimus, ideoq; videmus, non homines solum omnes se tueri & suorum patrocinium suscipere, sed bestias etiam acriter pro salute sua suorumque dimicare. Omnem, inquit Cicero, semper vim quacunque ope possunt à corpore, à capite, à vita sua propulsant. Hæc itaque omnia, quando probè perpendimus, à bellis abhorrire non possumus

Ques. 2. Num omnis pax sit ineunda? N.

Pax danda & acceptanda ejusmodi, quæ mitis sit & tolerabilis, non insidiosa, sub cuius nomine latitat bellum, & quæ tantum est pactio servitutis, Cic. 12. Philipp. cùm alias verissimum sit, cum dignitate potius cadendum esse, quām cum ignominia servendum. Candida sit & simplex, in qua salva religio, salva libertas, salvæ leges, salva omnia, aut certè pleræque & publica & privata



vata bona subditorum, quæ animi, quæ corporis, quæ fortunarum. Noli igitur existimare pacem ubique & per omnia bonam esse. Est enim sæpenumero quovis bello durior & deterior, si nimis ficta est & fucata, & pacis nomine involutum aliud de novo bellum, & sic concludimus cum Dem. apud Stobæum, serm. 48. Πάλεμον δέ τοι είνας αἰσχεῖς αἰγαλόπερον: Bellum honestum turpi pace anteferendum.

Q. 3. Supremi Duces an præliis inesse
debeant? A.

Deus enim ipse jubet Duces præfectos in prima acie, si pugnandum, consistere, Deut. 10. & cardo rei bene gerendæ in Ducibus vertitur. Hi enim sunt, qui suâ prudentiâ milites instruunt, ut & quid faciendum & quomodo faciendum exactè norint, ubi itaque summus Imperator non adest ad exercitum, citius, quod non facto est, usus fit, quam quod facto est opus, imo turba militaris sine duce, corpus est sine spiritu. Adde, quod præsentia suâ robur & vires inspirat militi: nec male Antigonus olim trepidanti gubernatori (in navalî prælio contra Ptolomæi Duces) & multitudinem hostilium navium causanti, εὐηρίσκεται στρατός πόλεων αὐτού τοῦ. Me verò ipsum, inquit, præsentem, cum quot comparas? Cùm Eumenes Imperator ægrotaret, exercitus pugnam detrectavit, itaque in lectica advehebatur in campum, ut ejus auspiciis ac ductu prælium inirent. Plat. in Eu-mene. E. ut & præsint bellis, & præliis intersint, omnino necessum est, nisi circumstantiae interdum aliud suadeant. Facta, inquit ille apud Liv. non dicta mea vos milites sequi volo, nec disciplinam modò, sed exemplum etiam à me petere. Frons occipitio prior est.

Q. 4. Milites domestici an mercenariis præferendi? A. prius.

Resp. Lips. lib. 5. Polit. cap. 9. Domesticum militem, inquit, longè semper præferam externo. Causæ sunt istæ: Infidi sæpè exteri & majore ex diverso mercede jus fasque exuunt. Tritum illud in iis propriè obtinet:

Venalesque manus ibi fas, ubi maxima merces. Cives verò, seu ut vocat Aristoteles 3. Ethic. c. 8. πολιτικὰ σπουδαῖα honestatem, virtutem & fidem penſi habent. Cives etiam Prin-

Circa cau-sam Effici-

cientem principa-lem.

Quæstio-

Hist:

InSTRU-
MENTALE.

Quæst. I.

cipes amant suos, & ipsorum pro salute vitam pacisci non ventur: mercenarii vero milites non alio, nisi pecuniae & praedae amore duocuntur, neque facile sanguinem suum profundunt pro aliena dominatione. Cives porto morigeri sunt, & ad Domini sui nutum quidlibet facere & pati audent: ceteros ob non soluta stipendia tumultuati videbis & seditione agere. Cives sunt modestiores, & reverentur ac suspiciunt loca, aedesq; patrias, reliquis vero nihil est rei, nihil spei, cuius gratia rem strenue gerant.

Quæst. 2. Q. 5. Consultumne sit, externos milites auxiliarios adsciscere? N.

Sanè non expedit, nisi extrema nos cogat necessitas. Auxiliares enim isti conducti ex diversis locis nec disciplinâ inter se, nec affectione consentiunt; sine pudore flagitii, sine cura dum abeunt, fugiunt, non juberi, non regi amant, verum cuncta ex libidine agere. Tac. 4. hist. Sæpè etiam, qui extranei in auxilium vocantur ab incolis, insidiosè tandem fiunt illorum Domini, Danaus in aph. pol. p. 221.

Quæst. 3. Q. 6. Num rapinis operum dare possint milites?

Quod Deus honesta velit militibus pro exantlatis vita periculis conferri stipendia, id patet ex dicto 1. Cor. 9. Quis militat suis stipendiis unquam? Vult enim militibus pro exantlatis vita periculis honesta stipendia conferri. Postulat etiam hoc ipsa aequitas, exigit gratitudo, ut præmia reportent, qui sanguinem pro salute patriæ & religionis defensione non dubitat profundere. Sint autem vicissim milites juxta Iohannis Baptiste hortationem Luc. 3. suis stipendiis contenti, ne quid ultrâ appertant, multò minus ex rapinis & latrociniis victum querant, nam tales Dei vindictam non effugient, cum scriptum sit: Quia tu spoliasti, spoliabunt te omnes, meminerint illius Augustini: Militare non est delictum, sed propter prædam militare peccatum est.

Circa for-
mam seu
modum

Q. 7. An liceat insidiis uti adversus hostes?

Si aperto Marte potentia hostis conteri nequeat, uti licet
Quæst. 1. insidiis: Sunt enim illæ nihil aliud, quam occultatio consilio-
rum



rum & de liberatio rerum bellicarum: At qui hostem sua celat
consilia, recte ac prudenter facit. Ergo & qui insidiis utitur: pro-
batur hoc i. à mandato Dei expresso, quod extat in lib. Jos. cap. 8. v. 2.
pone insidias utbi &c. sic Ier. 5. v. 12. Constituite, inquit, custo-
des, præparate insidias, quia cogitavit Dominus, facietque, quæ-
cunque locutus est. 2. Ab exemplu laudatissimorum herorum ac Im-
peratorum Josue, Abrahami, Gen. 13. Israëlitarum, Jud. 20. v. 29. Jona-
tha, 2. Maccab. 9. v. 40. Sauli, 1. Reg. 15. v. 5.

Q. 8. An licitum sit, terras exoticas earumq; statum Quæst. 2.
explorare? A.

Licitum est, quia humanæ prudentiæ est nosse & inquirere
non tantum media ad consequendum finem fructuosa, sed etiam
impedimenta & remoras intelligere, quibus non sublati consilia
conatusque omnes pessundari necesse est. Licere hoc pro-
batur etiam exemplis Mosis Num. 1. v. 3. Jos. cap. 7. v. 2. Judic. 1. v. 24.
Nec quicquam omnibus & temporibus & locis fuit per vulga-
tius. Sæpius etiam legati publico nomine simul exploratores
agunt clanculum. Hoc de Attila Hunnorum Rege memoratu di-
gnum: Is ad quatuor imperii sui limites exploratores habebat
dispositos, quorum opera per vestigabat omnia, quæ vicinis in
regionibus agerentur, & in primis quidnam sui molirentur ho-
stes ad Occid. Colonie ad Orient. in littore Tanais, ad Septentrio-
nem in Litvania, ad merid. Jadara Ferdinandus Consalvus Dux
nominis incliti Hispanus, cum rationem belli Neapolitanus Ferdi-
nando Regi Hispanæ reddere jussus esset, aliquod tonnas aurum in
exploratores contulisse fertur, & quidem tanto cum fœnore,
ut Saracenos in regno Granatae & totum Neapolitanum regnum
in Hispanorum potestatem redigeret. Eligendi autem sunt ad
explorationes non quilibet, sed periti, magnanimi, fideles, taci-
turnitatis amantes ac providi. Unde pulchrum etiam in Anni-
bale elogium: Omnia ei hostium, haud secu quam suæ nota erant.

Q. 9. An exploratio per sortem sit
licita? N.

Ex rebus enim fortuitis exploratio non est facienda: pu-
gnat cum prudentia, quæ deliberat de iis rebus, quæ sunt iφ' ipm,
at res fortuitæ non sunt iφ' ipm. Jam sors est res fortuita. Ergo ex

N.B.

sorte exploratio non est facienda. Minor probatur: quia sors non habet certam & determinatam causam, cur in hanc vel illam partem cadat: hinc *Cit.lib.2.de divinat.* In sorte, inquit, temeritas & casus non ratio, nec consilium valet. Tota res est inventa faliaciis, aut ad quæstum, aut ad superstitionem, aut ad errorem.

2. Res superstiosa & gentilis non est licita: Atqui sors est res superstiosa & gentilis. Ergo. Minor probatur, quia sortis jactu abducitur animus à divina providentia ad fortuitos casus, quibus vulgus solet vim peculiarem tribuere. Deinde inter gentes sortes fuerunt usitatissimæ, nec fuerunt minima pars Idolomanæ: nam per eas nonnunquam oracula consulebant, & de rebus futuris divinabant, cujusmodi erant *Lycie, Deliae &c.* de quibus *Cit.lib.7.de divinat.* His addo interdictum manifestum Deut. 18.v.10. ne inveniatur inter vos augur. Ebraice שָׁמַן quidam verrunt sortilegum. Radix שָׁמַן significat curiosa, vel potius superstiosa notatione, sive arte deprehendit aut animadvertit.

Quæst. 4.

Q. 10. An in contractibus dolus sit immiscendum? N.

Pugnat enim hoc cum lege Naturæ, quandoquidem nemoforsitan patienter ferat, ubi se ab altero dolo circumventum intellexerit. Adde, quod Deus ipse à contrahentibus fraudem abesse severè præcipiat *1.Thess.4.v.6.* Additur ratio gravissima à Dei ultione: quoniam Dominus est in domo de his omnibus. Et *Ps. 33.v.14.* Prohibe linguam tuam à malo.

Quæst. 5.

Q. 11. An hostis vilius sit contempnendus? N.

Periculum est contempnere & floccisacere hostem, id quod fit ex confidentia propriae potentiae, quam Deus solet tragicis eventibus punire. Nam victoria non est penes multitudinem & copiam, sed obtingit iis, quibus Deus favet, sicuti *duorum David canit Psal.32.v.16. non salvatur Rex per multam virtutem, & gigas non salvabitur in multitudine virtutis suæ: Fallax equus ad salutem.* Item *Psal.44.v.4. Psal.107.v.14.* Id quod patet exemplo Israëlitarum *Josue 7.* qui cùm Hainos tam parvipendunt, ut *απόντες* planè & inutile putent adversus illos totum exercitum educere, facile in fugam convertuntur. Sic quoties divina ulti-

pugnan-



pugnanti obstat, nihil refert maximas copias ab exiguo & parvi numeri exercitu fundi ac prostrandi. Cum Alexander Magnus contra Darium pugnaret, vix ex ipsius cohorte centesimus miles respondebat millesimo ex parte Darii, & tamen palmarum obtinebat. Hoc est, quod Assaph orat 2. Par. 11. Domine, non est apud te ulla distantia, utrum in paucis auxilieris, an in pluribus.

Et jam tantum est.

Concluderemus hoc assertionum agmen e militibus quasi domesticis collectum, nisi placuisset alios e variis disciplinarum cohortibus evocare & in palæstram publicam producere. Sistimus ergo

I. E CRITICA.

1. Ut i & sibi & nobis satisfacit Cl. Heins. in Proleg. super Aristarchum: Criticæ, à qua una omnium disciplinarum antiquarum, si ut debet in autorib. adhibeat, restauratio speranda est; Finem esse veritatem: ita nec sibi alibi in Proleg. distinguenti cum Wodwero in Polymathia Criticam in tres partes ιχνια, ἔγγρυπτα, κελεύθη, specialius acceptâ voce, nec nobis satisfacit dum ejus subiectum, si ve argumentum υπὸ εἰδοῦ οὐ προσέταξε pronunciat.

2. Quemadmodum Gregor. de Valent. T. 1. D. 1. q. 1. p. 5. ad eliciendum genuinum Scripturæ sensum utile censet callere Græcas & Hebraicas ob earum, quos vocat, proprios modos, modò per Græcam intelligat Hellenisticam; ita minus rectè cum Dried. ex Augst. uti videri vult lib. 2. de doctr. Christ. c. 5. non esse prorsus necessariam pronunciat. Hispanico enim acumine non digna est ejus ratio: Posteaquam, inquit, tam multi sunt, qui Latinè bene & doctè explicuerunt difficultates omnes, quæ ex linguarum proprietate oriuntur. Reclamat enim utilissimus labor Criticus, quem velut posthumum exantlārunt tum ipsius post cum gregales, tum purioris religionis vindices, superioris insuper ætatis Doctores, cùm postposuerint evolutionem nominis, quæ Heinso venit sub notione Φίλιον, sàpè infeliciter devolutos ad definitiōnem rei, quæ eidem venit sub notione Θεός & Θεόντε evincit. Vid. Mald. præ innumeris locis aliis in Matth. 12. v. 20. Heinso. super 2. Pet. 1. v. 3. circa vocem θεόντε.

3. Ut ut Val. T. 1. D. 2. q. 1. p. 1. §. 19. Divinitatem Christi aliquot mira-



mirabilibus probare conantis, & opera & voluntas laudanda veniret, tamen dum Sibyllarum prædictionibus eandem evincere laborat, laudabilis forsitan esset voluntatis, non opera. Vix enim ex infallibilibus notis Criticis demonstrari potest, uti Hermetius Trumegisti, ita Sibyllarum vaticinia non esse suppositia. Vid. Casaub. Exercit. I. Nec tamen in eo probando rationi sine ratione à Rationalista Vedelio illata, Exercit. III. ad Epist. Ignat. c. 17. n. 4. utpote à testimonio humano negativè innitemur.

4. An quando pro tempore ex historia passionis Joh. XIII. c. 3. audimus, de nardo miseri rectius intelligatur probata, pretiosa; deducta voce ~~de~~ rūs ~~risus~~; cum Heins. in Arist. an liquida deducta ~~de~~ ~~rūs~~ cum Maldonato in confictu dicemus.

II. E LOGICA.

Nihil proficiunt Photiniani, dum orthodoxiam circa distinctionem relationum in Artic. de Sacro-Sancta Trinit. principio illo. Quæ sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se; malè applicato labefactare conantur: quibus tamen in illo explicando nec Thomas quest. I. p. 28. artic. 3. nec Capreolus I. sent. D. 2. p. 3. q. 1. nec Cajet. p. I. q. 28. art. satis firmiter occurrunt.

III. E MATHEMATICA.

Matheskos objectum constituere non quantitatem, exutam licet qualitatib. sensibilibus, in se consideratam cum habitudine ad substantiam, an solum proportiones quedam & proprietates, quæ ad eas consequuntur, non per causalitatem realem, sed per consecutionem illativam, ut statuit Ruiger. lib. I. Metaph. c. I. utrum verò conformius?

IV. E PHYSICA.

1. Toties heterodoxæ religioni addicti Philosophi, Philologi & Historici à veritate deviant, quoties isti stolam Philosophi, Philologi, Historici exuunt, ut induant purpuram Patroni; Exemplo esto Mendoza Diff. 2. §. 18. Idem (scil. quid de corpore Christi in triduo dicitur fuisse commune substantiam formæ viventis & cadavericæ) patet in sanctorum reliquiis, quibus nullus debetur cultus, nisi in illis maneret aliqua pars sanctorum. At non remanserit forma & materia.

2. Et recte rationi & propria hypothesi adversari putamus. Resp. Menasse Ben Israël, defendantem celebrem ac decantatam, & in



& in non exiguæ authoritatibꝫ ut vocat, libro Zoar approbatam
Cabballaturum opinionem in scripto novissimè edito de Resurr.
l.1.c.18. de Transmigratione animarum sibi cum Platonicis &
Pythagoricis, Simone Mago, ut apparet ex Trenibꝫ c.20. Mani-
chœu, teste August. heres. 46. Hereticis Albigensibus, teste Antonino
3. parte Historiali tit.19.c.1. communem. 2. De compositione An-
gelorum, Problem. de Creat. 12. 3. Animam non esse totam in
qualibet corporis parte. Quoad prius patet: quoad posterius
ita procedimus: Quicquid intellectus percipere nequit, illud
sieri non potest. At qui 1. transmigrationem animatum, 2. com-
positionem spirituum ex elementis subtilissimis, 3. Animam non
esse totam in qualibet corporis parte, intellectus percipere ne-
quit. Ergo. Majorem & ipse & Badras, quem citat in Epist. ad Aris-
bam, negare nequit. Ponit enim uterque conversam, vid. l.1.de
Resurr.c.4. Ergo convertentem admittant, necesse est. Minorem
petenti ex professio demonstrabimus, & simul quo conamine &
felicitate Abravanel in Commentariis, ad legem divinam Arist. ra-
tiones Platonicis oppositas in gratiam transmigrationis refel-
lat, audiemus.

V. Ī METAPHYSICA.

In Metaphysicū demonstrari attributa de subjecto, non
obstante, quod attributa, et si realia sunt, non nisi ratione di-
stinguantur. 2. Attributa de Deo, quæ vocant Scephiroth. ad
quæ omnes res reducuntur secundum Rabbini. non ceu radii so-
lares de Sole, ut cum Inspientibus Damascenis inspienter statuunt,
Rabbini apud R.M. Ben Israël. & ipse Probl. XVII. de Creat.

V. I. ETHICUM.

1. An assertio Aristotelis 2. Eth.c.7. In omnibus mediocritatem
esse laudabilem: extrema vero nec recta, nec laudabilia, sed vituperati-
one digna haberi, sit generalis, procedens de virtutibus & mo-
ralibus & intellectualibus, ut sentiunt Thom. i.2. q.64. a.3. Valent.
T.2. D.5. q.7. p.1?

2. Voluntatis principium motivum exterius solum Deum
esse contendimus cum Thom. p.2. q.29. art.4. & 5. & 6. Val. Tom. 2. in l.
Thom. cit. D.2. q.4. p.3. nec tamen huic exclusivæ aliquid derogatum
ibimus, dum in plura subjecta, v.g. corpus cœlestē, participatio-
nem prædicati cadere dicimus.



VII. E POLIT.

E numero causarum Rempubl. corruptum & evertentium excludimus *astra*, adeoque genethliaca, conjunctiones superiorum planetarum, revolutionem Eccentrici terræ, Cometas, Ecclipses. Vid. Arnis lib. 2. Polit. c. 2. per tot.

Præstantiss. & Doctissimo
Dn. Respondenti, Disputationis eru-
ditæ Autori.

*S*i juvat altijugos Martis meditarier ignes,
Si, Bellona, tuis incubuisse foci!
Ut tibi dissimilis surgat pax candida partus,
Delitiae astricolum, gloria terrigenum!
Cur minus? auricomas Phœbit retigisse favillas,
Eusebie altithronas, docte Philippe, faces!
Quin tibi consurgat pralustris meta laborum
Sors bona terricolum, sors nitida astrigenum.

Amicitiae ergo f.
M. J. C. S.

Honori

Doctissimi Dn. RESPONDENTIS,

Amici sinceri.

Epigrammatum Binio.

I.

*E*t fremvit, & furit, & frendet mucrone tyrannis,
ferreus & sonipes Mars, catapbractus eques.
Ante oculos errant incendia, lerna malorum,
Arma, cruentæ cædes, Exul abactus agris.
Qui tandem hospitium Musis & Apolline dignum
concedet, quevis si lutulenta jacent.
Si terram Irene cœlis illata relinquit;
Si tot cruda Eridos semina poma ferunt.
Effera barbaries se terris inferet ultro;
Nam Muse, mutæ sunt, pia fama, famæ.

SAT

Sat bombis, lituusq; datum est, lacrumaeq; calenti,
quam ciet horrisona Mars sicilice ferox.
Vivit at in cœlū DELLIS, & nec vivere nostrum
esset, nū noster yiveret Immanuel.
Is, quæ grassetur, dum querit abyssus, abyssum
compescet; bene nam, quod facit, omne facit.
Quæ volvo, affabre dum dulcis Amico resolvit
naturam BELLI, PACIS & ingenium.

II.

Cedit ut hasta roge, sic laudis adorea certa
& punctum S O P H I E S cedit, Amice, tibi.
Bella duella paras, quæ bella duella probantur,
Et BELL & PACIS tempore puncta merent.

Amicitia & faustæ adclamationis ergo
inter suspiria scrib.

M. Gothofr. Schreiterus,
Annæb. Misn,

Debellas bellum, belliq; incommoda defles,
Et tamen in bellum teq; tuosq; vocas.
Res rara est, pugnis pugnam impugnare duobus,
Et pugnam pugnis tot quoque suscipere.
Res, inquam, rara, & Seleno Praeside digna est:
Selden enim rarum Teuto vocare solet.
Hoc tamen ingenuæ doctrina copia rara,
Et rarum illius postulat ingenium.
Ingeniumq; tuum, Respondens fortis & acer,
Quem nunc Mars plenâ trudit in arma tubâ.
Ite ergo & pugnate: horas, mihi credite, post tres
Vestri hostes subito terga fugamq; dabunt.

Gratulabund. depropere/
bar.

Christianus Waserwitz.

כוי:

על-רכrok וויר חשקי
משלום ומלהטן:
אל-הים מחסה טוב לנו
ארנינו עז אָרְנוֹן:
ויהוה אל גבורה תמייר
ועמנני חנן יעמיר:
וכל- מלחתה המצוורת
ישבר בעיר מבארות:
חנית ייחז מפל אַגְרוֹף
עגרות יה באש ישוף:
שלזמו הרהא ישיב
ונתחליל באשר הסיב:
שמע שומע אל-קול קולי
מקבל שבענו אליו:

Quo voto calidissimo Dn. Respondenti ~~υποίκη~~
~~μορεαπίλω~~ ac sympathetiae suo ~~ἱλοψύχεις~~ di-
lecto applaudere Lmq; voluit.

Fridericus Cahlenus Philos.
& SS. Th. Stud,

L Ipsiaci, Frater, claris adamate Camenis
Salane gestis pulpita adire Sophum:
Gratulor ergo tuis imo de peccore iepitis
Ter magnum foyam mente precantē vocans.
Auricomā de sede tuis indulgeat ausis,
Et statuas pugna lata irophaeue.

φιλαδελφias ergo appo-
nebam u

Christianus Hesbstrew/
Merleb, Miln,

F I N I S.



Treue zum Lande und der Freiheit
wach auf! Das ist die Obersetzung
der Worte eines Predigers aus
dem Jahre 1848. Sie sind nicht
erklärt worden, sondern nur
durch einen Gedanken an
den Gesang „Vaterland“ ver-
deutlicht. Der Prediger hat sich
in den Jahren nach dem Jahr
1848 mit der Frage beschäftigt,
wie man das Vaterland wieder
gewinnen kann, und er hat
diese Frage in einer Predigt
der Predigt am 1. Januar 1850
in der Kirche zu Berlin aus-
geführt. Er hat auch eine
Lektüre über die Freiheit
im ersten Bande der
„Gesamtausgabe des
Preußischen Reichsarchivs“
vom Jahre 1850. Ein
Vorwort zum ersten Bande
ist der Prediger auf den
eigenen Namen geschrieben,
und es ist im Untertitel
des Vorworts zu lesen:
„Ein Predigt am 1. Januar 1850
in der Kirche zu Berlin.“

Nach dem Prediger ist der
Vorname Heinrich und der
Nachname Schleiermacher.
Er war ein Sohn des berühmten
Theologen und Philosophen
Georg Wilhelm Friedrich
Schleiermacher. Seine Mutter
hieß Anna Magdalena
Horn und stammte aus
der Stadt Minden.



32 74

DISSERTATIO POLITICA
De
BELLO & PACE,
Quam
Sub gratosissimis Domini
D E I Zebaoth auspiciis,
Consentiente & approbante Amplissimo
Philosophico Senatu,
In illustri Salana

